



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Cangoximanus n. 21

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

relinquo, &c. Et postquam filii sorores, ac Matrem commendasset, Quia illis
commendat
Societatem,
addidit: Patres Societatis adhibete semper ad omnia confilia
vestiarum rerum, eorumque singulis, ut mihi obtemperate.
Hæc ultima Patris vestri mandata sunt, &c. Ita refertur Par.

§. Hist. Soc. Tom. 1. lib. 7. n. 152.

20. * AB OMVRANDONO Omurenſi etiam Rege ad Societatis Prouincialem ſic ſcribente: Ego (inquit) quid Dei lex iubeat ignoro, multum tamen defidero Patres Societatis in hac parte cautos procedere, ex illis ſiquidem bonum, & conſeruatio totius Iaponiæ pendet: ne magis Xogum irritetur, crescat persecutio, omnesque deſtruantur. Reliqua in altera ſcribam. Ita in Hist. Perſecut. Iapon pér P. Moreſon cap. 16.

§. 2.

21. A CANGOXIMANO Regulo literis ad Prouincialem Societatis, quibus aliquem ex eadem Societate verbis ſequentibus admodumque honorifici ille expofulat. Duo (inquit) ſocij veniunt meum in Regnum, atque ut eorum animus excelsus eſt, ipsique potentes ſermone, ac doctrina. Ego eos quaſi cæli tonitrua reor. Illud autem in ijs proſuſ admiror, quod huc tam è longinquō veniant, quia prout accepi de nauigationibus Lufitanorum ad has oras, ipſamet luna ſunt; ita circum-eunt mundum. Antequam hic eſſent Christiani, erat hæc regio caſſa bonitate, omniaque torrida æſtu, nunc autem vi-dentur ipſi flabellum, quod refrigeret hominum corda. Hoc Regnum tametsi puſillum eſt, debent tamen Patres Nangangi alacriter venire ad illud. Quod ſi forte alijs in Regnis inueniunt mare decreſcens, hoc in Regno ſemper eſt plenum. Christiani quoad Patrum aliquo potiantur, conſolantur ſe Cruce, quam erexere, tanquam ſi illi ad'eſſent. Ego existimo, quod Regnum hoc meum careat Patribus perinde eſſe atque Cælum obductum nubibus, vel ſol defectionem patiens, & lumine ſpoliatuſ. Ita Par. 2. Hist. Soc. l. 6. n. 183.

22. A IOANNE VTAYO Bungensi Rege, qui non minoris faciebat Societatem, quando ſociorum in terras suas aduentui

Ab Ea ro-tiuſ Iapo-nice bo-num, & conſeruatio-pendet.

Flabellum
refrigerans
hominum
corda.

Ijs Orion-
tem carere,
eſt So-
lis lumi-
ne ſpoliatuſ.